FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

Francksche Stiftungen zu Halle

Lebenslauf von Johann Heinrich Reh.

Reh, Johann Heinrich

Halle (Saale), 01.1711

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-210069

Visual Library

Ioannes Heinricus Rek in oppido
propter Magdeburgum, quod Gommera vocatur,
patre Heinrico, cive, matre Catharina
hanc in lucem editus sum, anno CIↃIↃCLXXIX.
Idibus Novembris. Qui carissimi parentes præ-
ceptorum fidei me puerum commiserunt, ut,
rei Christianæ et litterarum rudimentis imbu-
tus, postea artem quandam addiscerem:
Cum autem Scholæ patriæ rector, me mira
ad litterarum studia cupiditate ferri, cognosce-
ret, persuasit parentibus, ut me liberalibus artibus et
disciplinis dicarent. Quamobrem dominus
Ioannes Hoffiger, Scholæ in patria rector me, ut
filium suum, singulari et indefessa docuit di-
ligentia et anno MDCIIC. doctissimi Mi-
chaelis Maieri Scholæ Calbensis rectoris cu-
ræ commendavit. ibi quatuor annos de-
gens biennio ultimo venerandi Inspectoris He-
ueckeri filium institui. Tandem divino nu-
tu et ex consilio integerrimi mei Præcepto-
ris anno CIↃIↃCCII. Pridie Idus Aprilis Scholæ
valedixi et IX. Cal. Maji ad hanc Fride-
ricianam me contuli. Hic, licet plane ni-
hil ex paterna hæreditate acceperim; mi-
ra tamen Dei providentia me adhuc sus-
tentavit. Summe venerandi, doctissimi et
clarissimi Præceptores, quibus, quæ DEI

est benignitas, usus sum, sunt D. Breithaupt-
us, D. Antonius, Prof. Franckius, Buddeus,
Cellarius et Michaelis. Per tres annos ad men-
sas, quas vocant communes, DEI misericordia
mihi prospexit. Anno CIↃIↃCCVII. a. d. III. No-
ian. in Praeceptorum numerum scholae lati-
nae in Orphanotropheo sum receptus.
O DOMINE DEUS, quis omnes gratiae et mi-
sericordiae tuae divitias enarrare potest,
Tibi sit laus, honor et gloria in sempiter-
na saecula. Amen!

Io. Augustus Iohn, Arnstadt-Thu-
ringus, patris Io. [redacted] Godofredi, scholae
musices et sacrorum istius vici praefecti,
matris vero Mariae Eleonorae, Mulleria-
nae originis, filius, dura, patre maturius
defuncto, puerilis non minus quam iu-
venilis aetatis fata sum expertus. Co-
gnati cuiusdam cura Gotham, illustris-
simi Principis celebrisque Gymnasii se-
dem, delatus, eiusque (cognati) re dome-
stica et familiari liberaliter adiutus in
litterarum studia XIII et quod superest
annorum spatio ea, qua ob musicas
praesertim extremis annis curatas sum,